z Sapieżem

tt

N: 52.

Protocollum Conferentiæ Deputatorum ex Senatorio et Equestri Ordine ad Excellentissimum et Reverendissimum Nuntium Apostolicum. Die 21 Novembris Aº 1724.

Princeps Palatinus Cracovien: Proponit in genere prætensiones Sacræ Regiæ Maiestatis et Reipublicæ, et petit resolutionem principaliter in Negotio Iuris Patronatus.

Excellentissimus Nuntius. Primo Ius Patronatus presse negat. Commissum sibi tamen a Sede Apostolica refert, tractandi de hocce Negotio, et proiectum sibi missum explicat, et communicandum pollicetur.

Nunquam in Orbe ullam Abbatiam salvo Iure Patronatus fundatam esse, et si in hoc fundamento Ius Reges et Reipublicæ manuteneri velit nullum finem sperandum.

Nisi à Stephano Bathoreo, quæstionem inceptam et sola conniventia nunquam Iure concessas commendas.

Synodum Petrykoviensem commemorat de Libera Electione Monachorum.

Sed iam non agi de Iure Regio quod prætendi non potest, sed de Bona Intentione Sanctæ Sedis ad finiendum hoc Negotium.

Item 58. Abbates Tynecenses libere electos allegat.

Ad Iuramentum Regium super Pacta Conventa et

Statuta

Regni respondet hactenus
ad beneficia Secularia per-
nere, et Regem Manutentioni
Jurium Reipublicæ iuraſſe
quæ hoc in puncto exiſtere
negantur.

Celsiſsimus Palatinus Cracoviæ. Pro Conclusione petit Commu-
nicationem in Scripto Punctorum
et Excellentiſsimo Nuntio
Viciſsim ex parte Reipublicæ
Communicanda promittit.

Deputati Reipublicæ in hac Confe-
rentia fuerunt præsentes

Ex Senatu

Princeps Wiśniowiecki Pala-
tinus Cracoviensis
Princeps Czartoryski Castellanus
Vilnensis
D. Wielopolski Palatinus Siradiensis
1 D. Tarlo Palatinus Lublinensis
3 D. Przebendowski Supremus Regni
Thesaurarius
2 D. Dönhoff Palatinus Polocensis
Exercituum M. D. L. Campidux
4 Princeps Czartoryski Vicecancella-
rius M. D. L.

Ex Equestri ordine

D. Ossolinski Thesaurarius
Curiæ Regni
Princeps Radziwiłł Capita-
neus Premisliensis
D. Poski Succamerarius Varsaviensis
D. Wielopolski Capitaneus Cracoviensis
D. Scipio Capitaneus Lidensis
et alij: